



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

**Parisiis, 1644**

XIV. Quod exilia beneficia non conferantur, nisi volentibus residere in  
eisdem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15974**

ANNO  
CHRISTI  
1233.  
clesiæ perueniat personatus: nec de cetero plures  
vicarii in eadem instituantur, illis ecclesiis hoc sta-  
tuto dumtaxat exceptis, quæ ex antiquis diuifæ  
fuerunt.

XIII.

Cum hostis antiquus, scilicet leo rugiens, fa-  
ciat & quærat prædam animarum; sollicitius est ca-  
uendum, ne talibus cura gregis dominici commit-  
tatur, qui negligunt aut ignorant custodire sibi  
commiffa, vt deceret intendere vigilanter. Statui-  
mus igitur, vt nullus episcoporum ad vicariam  
quemquam admittat, nisi velit in ecclesia, in qua  
vicaria ei conceditur, personaliter ministrare: aut  
talis existat, qui infra breue tempus super hoc limi-  
tatum valeat & velit in presbyterum ordinari.  
Quod si admissus fuerit forte quis, & noluerit in  
presbyterum ordinari, vicariæ beneficio priuetur.

XIV.

Ad hoc, quia inhonestum est nimis vt ecclesiæ  
propter minores redditus pastoribus maneant de-  
solatæ, præfenti decreto statuimus, vt ecclesiæ, quæ  
in redditibus vltra quinque marcas non habent,  
non nisi personis talibus conferantur, \* qui resi-  
deant in eisdem, & in propria persona ministrent:  
quod si tales admissi residere noluerint a nunc &  
administrare, cum non nisi laborantibus panis do-  
minicus sit, ecclesiis ipsis, præmissa monitione de-  
bita, per diocesanum episcopum spolientur.

XV.

Quoniam autem multoties sicut temporalium  
rerum luxus quosdam in non modicum scandalum